



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxvii. De capellis monachorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De Capellis Monachorum.
Titulus. 37.

SINGVLI monachi in singulis eorum prio- ^{3. Ex par}
ratoribus, etsi pluribus eorum facultates non ^{te.}
subpetent, & literas apostolicas impetrassint, ni
in eis Lateranensis concilii mentio facta fiet, ne
commorantur.

Quod si locorum diocesani quos monachos ^{4. Ad}
sibi lege diocesana subiectos in prioratibus so- ^{audientiã}
litariorum habitare comperient: eorum abbates,
priorésve, vt ipsos ad claustrum reuocet, & ipsis
ecclesiis per clericos seculares deseruiri faciant,
aliósve monachos illis adsociet, monitione
præmissa per censuram ecclesiasticam compellunt.

In ecclesiis autem ubi monachi habitant ple- ^{1. In Ec-}
bes per monachum ne regitur. Capellanus qui ^{clesiis.}
eam regat ab episcopo per monachorum consi-
lium instituitur, conlocator. Ex solius episcopi
arbitrio tam ordinatio, quàm depositio eius, &
totius vitæ conuersatio pendet.

Vice versa, nullum in vrbe monasterium ti- ^{2. Dilectis}
tulo subiectum esto. Sic regulares secularibus sub-
positi ne sunt. Si quid tamen cuiusquam ti-
tuli archipresbyter in ecclesia quæ regularis
fuerit in sua parochia sita legitime præscribere-
rit: hoc legitime retinet. Eadem tamen eccle-
sia Romanæ ecclesiæ subdita si erit: nullum in-
de ipsi præiudicium esto.

Cui competat ius patronatus.

25. *Nobis* **S**I quis ecclesiam cum ad sensu diocesani construxerit: ex eo ius patronatus adquirito. Ceterum in conuentali ecclesia electioni faciendæ ne interesto. Iam factæ ut adsentiatur, honestus eius consensus postulator. Si tamen de sua iurisdictione obtinebit ut partes suas electioni tractandæ interponat: hoc ratum esto. In capella verò presbyter vnus à patrono elector. pro institutione habenda loci episcopo præsentator.

7. *Ex literis.* **Q**uod si quis villam à monasterio cui ius patronatus in eiusdem villæ ecclesia competat ad firmam tenebit: quem is ad ipsam ecclesiam vacantem præsentasset, dum ne tamen ius patronatus in firma exceptum, nec ante præsentationem lis inter monasterium & ipsum de iure patronatus orta fiet, si idoneus erit, & ab episcopo receptus, ecclesiam obtineat. Si verò postea lis erit, & monasterium obtinebit: illi de tempoalibus respondeo.

18. *Significasti.* **I**tem episcopi si post promotionem suam præsentationes personarum ad ecclesias à patronis earum pro ecclesiis sibi commissis indepti fient: quas personas ad eas sic vacantes præsentassint, si idoneæ erunt, admittuntor.

19. *Consultationibus.* **S**ed & si quis clericus ab ordinario institutus erit ad eius præsentationem qui tantum patro-